



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Vita Ioannis Papae XVI. Qvi Perperam XVIII. Nominatvr.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

di sunt qui & tuum languorem confirment, accusatoribus  
tuis respondeant, & legibus te expurgent.

N O T A.

<sup>a</sup> *Epistola.*] Hanc epistolam a Gerberto post Romanum pontificatum imperatum scriptam in bibliotheca Papirii Massoni, post obitum eius inter codices repertam, hic inseri visum est, ne pereat. Quas idem Gerbertus ante pontificatum Romanum sub nomine suo Gerberti scripsit, illæ numero centum sexaginta, ex eiusdem Papirii Massoni bibliotheca separatim anno 1611. Parisiis excusæ, prostant apud Matthæum Ruette via Iacobæa sub sole aureo morantem.

ANNO  
CHRISTI  
999.

CONCILIVM ROMANVM,  
IN CAVSA GISELERI MAGDEBURGENSIS  
episcopi celebratum anno Domini DCCCCXCIX. tem-  
pore Siluestri papæ II.

N O T A.

<sup>a</sup> *Concilium.*] Ditmarus, vbi agit de secundo aduentu Ottonis in Vrbem, de rebus in hac Synodo gestis ita scribit: *Synodus Roma tunc, in qua accusatus Giselerus archiepiscopus Magdeburgensis, quod duas parochias teneret: percussus ille paralysè venire non potuit; res reposita ad Concilium prouinciale Germania.* In eodem Concilio imperatorem voluisse recitari priuilegium Vvormatiensi ecclesiæ concessum testatur Baronius anno 999. num. 12.

ANNO  
CHRISTI  
1003.

VITA  
IOANNIS PAPÆ XVI.  
QVI PERPERAM XVIII. NOMINATVR.

IOANNES, cognomento Siccus, patria Romanus, post obitum Siluestri factus est eius nominis pontifex decimussextus, anno Domini millesimo tertio, tempore regnantis & nondum imperantis Henrici primi. Qui cum iuxta antiquos Vaticanos indices sedisset menses quinque & dies aliquot, obiit.

Ioannes  
quando  
pontifex  
factus.